

PRIMUM THEOREMA. ***

SENTENTIA catholica de fide stabilita in Concilijs, communi Sanctorum Patrum auctoritate firmata, concordia Sanctę Ecclesię traditione recepta, & utriusque volumini paginis consona docet, dari peccatum originale, quod seminali propagatione ab Adamo, verè contrahitur posteris, qui nascuntur filij irę, inimici Dei, & rei damnationis æternę. Pro dogmate hoc stabiliendo integra fuit Mag. Præcelsi, Eximij Doctoris, Magistri, ac Patris nostri Augustini cum Pelagianis controversia. Pro qua, sicut & pro necessitate gratię, omnes ingenij sui (propè Divini) vires, spatio viginti annorum, omnium primus decertans, impendit. Nec tantum devicit, errores repulit, hæreticos destruxit, dissipavit, contrivit, verum & permultis, doctissimis libris, & epistolis, successoribus Ecclesię Doctoribus, decertandi, vincendique arma subministravit.

SECUNDUM. ***

NOVERAT enim, à dogmate hoc pondere totam ferè sacrarum scripturarum intelligentiam; necnon quę tractantur de Verbo incarnato, & de supernaturali providentia Dei circa reparationem generis humani. Quare quicumque hoc negant, ipsa fidei fundamenta videntur evertere: unde sine ipsius jactura non est in utramque partem disputabile, utrum detur, ut apud S. P. volebat cœlestius. Quis enim humanam contendit in qualibet ætate naturam non indigere medico secundo Adam, quia non est vitiosa in primo, non in aliqua quæstione, in qua dubitari, errari, salva fide, potest, sed in ipsa regula fidei, qua Christiani sumus gratię Dei convincitur inimicus. Supposito originali, ipsum esse verè, & propriè peccatum, verè, & propriè habere rationem culpę tenemus. Insuper & dicimus verè, & propriè fuisse voluntarium parvulis, cum Adamo contentis in quo omnes fuimus, non ut in campo nostro morali, ita ut in ipso nostrę voluntates moralitatis sint à Deo, aut vi pacti initi cum ipso, quod inuicem; sed ut in capite nostro naturali, quo peccante, sumus, ut membra illius, & quod capiti naturali voluntarium fuit, voluntarium fuit nobis, ut membris.

TERTIUM. ***

Non unum, & unicum formaliter sit originale; multiplex tamen radicaliter est juxta Ang. Mag. quia cætera peccata, quę postea committimus, radicat. Hinc dicitur peccatorum malitię in eo fuisse edocet Mag. Par. que nobis est mereri omnem pœnam possibilem. Quid mirum, si filij cum sumus Aug. vestigijs inhærentes Matris, parvulos sine baptismo cum solo originali deest non tantum pœnam damni; sed etiam pœnam sensus inter teneamus? Non enim nisi dexteram partem levis sinistram in Evangelio; ea propter non baptizatis non habuimus inter damnationem, Regnumque quietis, vel felicitatis cujuslibet, atque ubilibet locum. Nec minus firmiter amplectimur Doctoris sententiam (ipsius namque fixam, constantem) non dubitavit umquam nemo, qui scripta ejus, vel à libris (saltem) propugnantem reprobationis nequaquam causam originale esse. Cum enim reprobatio actus vindictivę, & pœna, non nisi propter culpam inchoat à Deo justo: ex uno quippe omnes in condemnationem injustam judicati sunt ire, sed justam; ut qui libertatem diligant; qui non liberantur, debitum

QUARTUM THEOREMA. ***

UT originale peccatum Aug. P. probaret, & Pelagium, Julianum, aliosque hujuscemodi peste miserè infectos confutaret, & obrutos confoderet, non solum ex sacris litteris argumenta desumpsit, sed etiam, ut erat subtili, ac prompto ingenio, rationibus naturali lumine manifestis usus est, & inter cætera argumenta celeberrimum invenit, peccatum originale ab innumeratis hujus vitę miserijs deducens. Igitur licet ipsum sit ad explicandum difficile, est tamen ad prædicandum notissimum, quia nedum scriptura proditur, sed idem se prodit, cum ejus existentiam indicent miserię naturę humanę, quas, antequam primam lucem aspiciant, fletibus testantur infantes, quos nascentes, nec faceret Deus, nec fieri sineret miseros, nisi nosset reos. Quis autem sermone explicare valeat omnia, quibus gravatur jugum super filios Adam à die exitus de ventre Matris eorum, aiebat Mag. P.?

QUINTUM. ***

ARGUMENTO hocce pressi Philosophi gentiles, ignorantes causam, & infirmitatem agnoscentes, vel culpavere alij naturam, eamque non matrem, sed uovercam homini fuisse dixerunt; vel in anterioris vitę culpam alij refuderunt. Verum, cum hoc sit damnatum, & primum non nisi per blasphemiam dici possit, quia nomine naturę intelligendus venit creator; restat, quod supposita Dei providentia, etiam ut lumine naturali cognita fuit à philosophis, grave jugum super filios Adam, ut nunc est, non fuisset, nisi delicti originalis malum præcessisset. Sic ignorantiam, fatuitatem, & (ut ferè infinita reticemus) mortem ipsam, pœnam esse originalis culpę cum Aug. defendimus. Non tamen ideo non est homini naturalis mors, aut debita immortalitas conditioni naturę. Etenim, quin sequatur (quod constantes teneamus) argumentum Aug. non esse convincens ex natura re, necesse esse, dicimus, corpus humanum ex contrarijs compositum corruptibile esse, ad quod alij defectus naturaliter sequerentur, etiam si absque peccato in puris naturalibus conderetur homo sine ullo dono supernaturalis gratię, & sine elevatione ad ordinem supernaturalem, ut fieri posse asserimus.

SEXTUM. ***

HÆC tamen dum dicimus, non omnes miserię naturę illius oriri affirmamus. Nam homo ille, qui descendens ab Hierusalem in Jericho incidit in latrones, nedum fuit spoliatus gratis, sed insuper in naturalibus vulneratus. Duo enim mala intulit primum peccatum humanę naturę; & privationem gratię, donorumque supernaturalium, sine quibus (utpote indebitis) potuit Deus in prima conditione hominem creare; & vulnus inflictum, quod quid distinctum à privatione originalis justitię esse affirmamus. Hoc vulnus ipsam dicimus præcipue carnis concupiscentiam, quo sub nomine multa comprehendimus. Hęc (ne de nomine sit litigium) est rebellio inferiorum virium rationi, seu ipsa habilitas ad inordinate concupiscendum; est infirmitas, languor, & vitium naturę, & denique est tam ingens malum, quo (secluso peccato) nullam majus, imò nec æquale inveniri valeat. Ex quibus solius peccati posse esse effectum deducimus; sicque distinguimus concupiscentiam ab appetitu sensitivo, soluto vinculo originalis justitię primo defendimus: secundo non esse homini naturalem, nec potuisse cum ea creari quantumcumque conderetur in puris naturalibus, propugnamus.

signandis ad stabit (qui supra) in Observantissimo S. P. N. Augustini Cœnobio. sub præsidio P. M. Fratris Josephi de Cabriada, in Alma Universitate Doctoris laurea insigniti, & Physicorum Regentiæ Cathedrę Moderatoris. Die 28. Januarij. Anno Dñi 1731. Manè, & vesperè boris solitis.

MALMANTICÆ: APUD

GARCIA DE HONORATO.

Vertical handwritten notes in the left margin, including the number '133' and other illegible script.

QUARTUM THEOREMA

Text block under the fourth theorem, starting with a large initial letter 'O'.

Text block following the fourth theorem, starting with a large initial letter 'A'.

QUINTUM THEOREMA

Text block under the fifth theorem, starting with a large initial letter 'A'.

SEXTUM THEOREMA

Text block under the sixth theorem, starting with a large initial letter 'H'.

PRIMUM THEOREMA

Text block under the first theorem, starting with a large initial letter 'O'.

Text block following the first theorem, starting with a large initial letter 'A'.

SECUNDUM THEOREMA

Text block under the second theorem, starting with a large initial letter 'A'.

tertium

Text block under the third theorem, starting with a large initial letter 'A'.